UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Calepinus Ad librum

Calepino, Ambrogio

Venetijs, 1509

E ante C

urn:nbn:de:hbz:466:1-97861

Visual Library

hoc Lato ſignificat cum ait. Quibus egrę lotium it.

Dyſphilus pe.cor.quaſi malus amicus. Iuue. Non ē romano cuiq; locus hic vbi regnat prothogenes aliqs vel diſphilus

Dyſpneſia: difficilis concoctio.

Dyſpena: ſpirandi difficultas. Docet Hippocrates in āphoriſmis i ſenectute ſtragurias dyſpneas dyſurias caceſias eſſe frequētes. δυσεσιμορίομ κακως και τρεω και τνοη

Et ex ꝓpoſitiōes

ſunt quę ⁊ ſeparāt ⁊ componūtur. Sęparatę modo tēporales ſunt: vt ex illo celebratus honos. Modo locales: vt E cęlo. Modo ponunt̄ ꝓ a. vel ab vt Audiui e patre meo. Modo ſigt̄ pro vel ad vt Ex dignitate. ex vſu: ex vtilitate. hoc ē pro dignitate: vel ad dignitatem. E rep pro rep. Modo ſecundum vt ex Platonis ſententia. ideſt ſecundum Platonis ſentētiam. ſiue pro Platonis ſententia. Modo in Lice. E renibꝰ laborabat. ideſt morbum patiebatur in renibus. Compoſite quandoq; priuationem indicant: vt Elinguis. exanguis. Quandoq; vehementiam vel perfectionem: vt eludo. exoro. Quādoq; extra vt educo excludo. Componitur autē e cū b vt ebibo. d vt educo. G vt egredior. i vt eijcio. l vt eludo. m vt emitto. n vt enitor. r vt erigo. v vt euehō. ex vō componitur cum. a vt exaudio. C vt excuro. E vt exeo. F vt efficio. O vt exoleo. P vt expello. Q vt exq̄ro. S vt exequor. T vt extendo. V vt exuro. Verum quando poſt ex ſequitur. f. mutatur. x. in. f. vt effundo. Cum vō ſequitur. ſ. abijcitur. ſ. vt exequor ⁊ exicco in alijs integra manet.

Eantes. nomen proprium hiſtorici Cizyceni qui fuit ętate qua pygmalion in oriente regnabat.

Ear. latine ver. a quo earinus. vernus.

Eatenus. pe. cor. ſignificat vſquę eo. vel ad eum modum. Cui reſpondet. quatenus vſquequo. Hieronymus: quia etſi i ſanctis patribus ⁊ prophetis gratia fuiſſet creditor: Non tamē eatenus plena. Suetonius in Tyber. Ac primo eatenus interueniebat nequid perperam fieret.

E ante B

Ebenus vel ebenum pen. cor. nomen grecū. ⁊ Arabicanus dicitur. Lignum nigrū eſt ſolidum pulchrū aptumq; ocularibus medicinis. Hęc arbor naſcit̄ in india quę cęſa dureſcit i lapidem. vrituq; odore iucundo. Vir. li. ij. Geo. Sola india nigrum fert ebenum Aetius amelinus ita ſcribit. εβενος ξυλομεσι τωνισχυλομ αναλυομηνωμ ρυπτικης και λεπτομερους εσι δινναμεως οθεμ και τα ταις κοραις επισκοτουντα πετισευ ται ρυπτειμ ταις τεαλλαις οφθαλμικαις μιγνυται δυναμεσιμ.

Ebrius: ⁊ ebria a bria quod eſt vas vinarium. eſt enim ebrius qui nimio potu alienatus eſt mente. Cuius contrarium eſt Sobrius. quaſi ſine ebrietate. qui in cibo ⁊ potu temperans eſt: ⁊ qui non eſt actu ebrius. Vnde non ſobrius pro ebrio ſumitur. Mar. ⁊ non ſobria verba ſubnotaſti. Hinc ebrietas: quam Cato dicebat nihil aliud eſſe q̄ inſaniam voluntariā Interdum ebrius ponitur pro pleno et habundanti. Plau. Facite mihi cena vt ebria ſit. i. abundans ⁊ opipare parata. ebrioſus qui ſępe ſit ebrius. a quo ebrioſitas. Huius contrarium eſt Sobrioſus. ſobrietatis affectator. quo vſus eſt Cyprianꝰ. Inter ebriū ⁊ ebrioſum hoc intereſt Nā poteſt qui ebrius eſt tum primū eſſe nec habere hoc vitium ⁊ qui ebrioſus eſt ſepe extra ebrietatem eſſe. Sic ebrietas ab ebrioſitate ſe iungitur ꝙ alterum affectionis ſit: alterum habitus.

Ebrio. as. ebrium facio. Vnde ⁊ iebrio verba actiua. Hierony. libro ſecūdo. Re. ⁊ inebriauit eū. Plau. in aul. Homo ebriatus ſomno ſonari ſolet. Aliquando ebriari ſeu inebriari ſumitur pro impleri ſeu quaſi ſatiari: vt apud apoſtolum. Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria.

Ebrulo. as. penultima correpta ebrium facio. Sunt tamen qui hęc aſpirent ab hauriendo potu illa deducentes.

Ebron: mons palęſtinorum. Haud lōge a Gaza Syrię ciuitate.

Ebur ⁊ ebor vtroq; mō d̄r ꝓ elephāti dēte. q̄ſi e barrho. i. elephāto. Hor. Quid tibi vis mulier nigris digniſſima barrhis

Eburneus. a. um. qđ ē ex ebore. aut quod inſtar eboris album eſt: vt eburnea facies. Ouidi. libro tertio meth. Impubeſq; genas ⁊ eburnea colla decuſq; gręce. ελεφαντινος.

Eburnus. a. um. idem. quod eburneus. Tibu. Hanc primū veniens plectro modulatus eburno. Luc. lib. ſecundo Legitimęq; faces gradibus accliuis eburnis.

Eboreus a. um. ab ebor ſit: ſicā marmor marmoreus eburneus vō ⁊ eburnus ab ebur. ⁊ ſignificat ꝙ ē ex ſolido ebore. Qui. li. vi. Cū i triumpho Cęſaris eborea oppida eſſent trāſlata.

Eboratus. a. um. qđ extrinſecus ex ebore eſt. Quod ⁊ eburatū dicitur. Plauto. in Perſa. Lectos eburatos auratos.

Ebudes. inſulę ſunt quinq; numero: in oceano britanico anguſto. freto diuiſę cuius incole vt ſcribit Solinus lacte ſolum ⁊ piſcibus vitam agunt.

Ebulum. herba eſt facies baccas in ſimilitudinē ſambuci. Col. li. ij. Sed citra hoc experimentū multa ſūt que ⁊ dulcē terrā ⁊ frumentis habilē ſignificent vt iuncus ⁊ calamus gramen ⁊ trifolium: ebulum: rubi: pruni ſylueſtres ⁊ alia complura. idem ⁊ rutilas ebuli creat viuida baccas. Legitur ⁊ ebulus.

Ebullo. as. erumpo. crepo. Tractū a bulla quę ęſtiuo tēpore ex aqua pluuia fingitur in ſpeciem pilę ⁊ facilę rumpitur. Perſius. O ſi ebullet patrui preclarum funus.

Eburones populi gallię qui per fraudem multos ex Cęſaris exercitu trucidarunt.

Ebuſus inſula quę cuniculos non habet. Pōpo. Ebuſus animalium quę nocēt adeo expers: vt ne ea quidē quę de agreſtibus mitia ſunt generet: aut inuecta ſuſtineat.

E ante C

Ecbatana numero plurali. pe. cor. Metropolis eſt Medię: vl' vt q̄dā exiſtimāt regionis magnę nomē eſt. Eſt ⁊ ecbatana vrbs in ſyria quę epiphania quandoq; vocata fuit: ac p. g. etiam ſcribi poſſe quidam teſtantur Egbatana.

Ecbaſis. pe. cor. latine dici pōt Excurſus. Nam componitur ab εκ ⁊ βαδισμα και αλλαεκτου βαίρω quod eſt egreſſus. vt Virg. libro primo. geo. deſcribens tempeſtatem prę cauendam a ruſtici.

Ecce. aduerbiū demōſtrandi qđ apud Virg. aliquid repētinū inſperatūq; ſigt̄: vt ecce aūt gemini a tenedo tranquilla per alta boreſco referēs Scribit Aſconius ēt hoc ꝓpriū eē Ciceronis vt in rebus īprouiſis hac particula vtatur cū apud alios interdū in rebus lętis vſurpetur. Ouidi. Ecce corina venit. ⁊ modo accuſatiuo: modo nominatiuo iungitur.

Echemythia εχεμυθεω latine taciturnitas.

Eccū. eccam. eccos. eccas. q̄ſi ecce eum: ecce eam: ecce eos: ecce eas: Sic Ellū ecce illū. Ellam ecce illā. Ita exponit Do. Ter. in an. eccū video. Alij exponunt. eccū ecce hic ſubītellige virum de quo agebamus. eccam ecce hic ſubintellige fęminā de qua agebamus. ellum ecce illic. ſ. virum reſoluendo per aduerbia non per nomina vt apud eundem. eccū me. quod non licet exponi ecce eum me.

Eccubi. ꝑ duplex. cc. ⁊ penultima cor. Componit̄ ex ecce ⁊ vbi.

Ecquis es. en. ꝓ. ecce. ⁊ q̄s. vbi eni rōne. p. ſequentis mutat̄ i c. Ex quo oſtenditur eandem vim hr̄e. c. ⁊. q. ⁊ ſignificat num quis. Nam pticula. ec. iuncta dictionibus incipientibus a q. īterrogatiue poſitis ſigt̄ an: vl' ne vl' nū. vt Ecq̄d nōne nūq̄d Ter. in eu. Ecq̄d nos amas de fidicina hac. i. aliquantulum ne amas ꝑꝑ fidicinā. Ouid. li. ij. faſ. ecq̄dem in offō torus eſt ſocialis: ⁊ ecquid coniugibus nr̄is mutua cura ſumus:

Ecquando. i. num quando. vel an aliquando. ⁊ aliquo tēpore.

Eccleſia. latine Coctus concilium: concio: congregatio. eccleſiaſtes. concionator.

Echinnades. pe. cor. Inſule ſunt Herodoto teſte in Maleaco mari ex oppoſito ad hoſtium Acheloi: De quibus Luc. Craſſis oblimat echinadas vndis. Seneca. in Troade. declinat.

Echina.ę.pe.pro.Quolibet vento faciles echinę.

Echinus.pe.pro.Tegimẽ ſpinoſum quo ſeruant caſtaneę. vulgo Riciũ vocant.Unde caſtaneę echinatę.Ply.nuces vocamus ⁊ caſtaneas q̃q̃ accõmodationes glandiũ gñi: armatum his echinato cortice vallũ eſt.Ab huius tegminis ſimilitudine dictus eſt Echinus piſcis q̃dam quẽ Ply. ſcribit eẽ cancroꝝ gñs in quibus ſpinę ꝓ pedibus ſunt ĩgredi huic eſt in orbẽ volui.Greci enĩ ε χι νοp.hirtum vocant.mar.Iſte lꝫ digitos teſtudine pũgat acuta:cortice depoſito mollis echinus erit.Saxa petit iter quę ſe locat ne a fluctibus iacteť.De hoc Ambro.lib.hexa.ſic ſcribit. Echinus aĩal exiguuꝫ vile ac deſpicabile maritimum loquor. plerũq̃ index futurę tempeſtatis aut trãquillitatis an nuncius ſolet eẽ nauigantib⁹ Deniqꝫ cũ ꝓcellã ventorum p̃ſenſerit calculum validuꝫ arripit: eumqꝫ velut ſaburram vehit: ⁊ tanq̃ anchoram trahit ne excutiatur fluctibus.Itaqꝫ ſuis ſe librat viribus:ſed alieno ſtabilit ⁊ regitur põdere.Quo ĩdicio nautę velut ſignũ futurę perturbationis capeſſunt:⁊ ſibi precanent:ne eos imparatos turbo ĩ prouiſus inueniat.Hic alio nomine a Latinis Erinaceus dictus eſt. Eſt ⁊ echinus apud grecos terreſtre animal:cui ẽ apud nr̃os Hericio nomen qđ ipſum ab herendo deductũ eſt:⁊ eque ſpinis hirſutus ẽ atqꝫ maritim⁹ echinus.De quo Ambro.eodem li.Echinus iſte terrenus quem vulgo hericium vocant ſi quid inſidiarum p̃ſenſerit ſpinis ſuis claudiť atqꝫ in ſua arma ſe colligit. Preterea echin⁹ genus vaſis ęnei eſt in quo calices lauantur:quaꝫ alij Ampullam dicunt eſſe vitream. Hor. in Ser. Pocula cum cyatho duo ſuſtinet aſtat echinus.et echinus echini echinuntis ciuitas fuit de qua Ci.in Arato.Dicitur excelſis errãs in collib⁹ amens quos tenet ęgeo defixa ingurgite echinus.Hoc etiaꝫ nomine dicta eſt alia ciuitas ĩ phthiodie in faucibus Sperchij amnis vt inquit Ply.vna cum Ptolomęo.

Echeneis:gñs piſciculi quẽ ferunt per aquaꝫ ſiſtere nauẽ quãuis immenſam ⁊ velo ⁊ remis concitatam ne poſſit iter iſtitutum pagere απο τοῦ εχω hẽo teneo ⁊ ναῦς nauis ſiue ab ἔχομαι hereo ναυσ nauis ꝙ nauẽ teneat vel naualibus tabulamentis adherens remorari compellat.Ply.li.ix. Eſt paruus admodũ piſcis aſſuetus tetris echeneis appellatus . Hoc carinis adherente naues tardius ire crediť. Inde noĩe impoſito Remora a morando đr latine.Ob quã reꝫ a grecis ita đr a noſtris Remora. Remiligoqꝫ noĩať. Luc.li. vj. Non pupim retinens euro tendente rudentes in medijs echenei aquis. Amb.Alios in exiguo corpore tantũ validitatis aſſumere vt maximas nauium plenis currentes velis in medijs fluctibus ſiſtãt ſicut breuis piſciculus echeneis tãta facilitate memorať nauem ingentem ſtatuere:vt quaſi radicataꝫ mari herere videas nec moueri.Aliquãdiu enĩ ĩmobilem ſeruat.Ferunt hunc piſcem fluxum grauidarum vtero ſiſtere:partuſqꝫ ad puerperium continere.

Echidna.latine hydra ea potiſſimum que ab hercule ĩterfecta eſt.Oui.li.iii.faſ. Sanguine cẽtauri lernee ſanguis echidnę. Mixt⁹ ad auxiliũ tẽpora nulla dabat.Uide ĩ dictõe excetra

Echo ſoni vel vocis repercuſſio. Grece. ηχω ſonus: ⁊ ηχεω reſono.Oui.lib.iij.me. Planxerunt dryades plãgentibus aſſonat echo.Fit enĩ in cõuallib⁹ ⁊ locis ↄcameratis vbi ſcindiť reſultans aer in q̃bus acceptę vocet numeroſiore repcuſſu multipliceť:nomẽqꝫ echo eiuſmodi voci a grecis datuꝫ eſt vt Ply.li.xxx.ſcribit.qm̃ nõ ẽ vagandi liberrimus campus ſed obiectu reflectitur.Quę cauſa etiam multas voces multis in locis reciprocas facit ſicuti in vrbe Cyzico turres ſeptem acceptas voces multiplicant. ⁊ olym pię portic⁹ fuit quam heptaphonõ appellant.quoniã ſepties eadẽ vox reddiť. In hanc ſententiam ait Lucre.ſex etiã ac ſeptẽ loca vidi reddere voces: vnã cũ iaceres ita colles collib⁹ ipſi verba repulſantes iterabant verba referti.hęc echo a latinis đr imago.Ual.Flaccus.li.iij.argo. Rurſus hylan ⁊ rurſus hylan ꝑ longa reclamat auia reſponſant ſyluę et vaga certat imago. Hora.Quem deum cuius recinnit iocoſa nomẽ imago. vbi Porphyrio expoſuit ꝙ imago dicitur quaſi imitago.

Echos ηχους etiam greci vocant argutas valles ηχαω vt inquit Col.lib.x.

Eclegma.atis.latine linctum dicimus frequentiſſimuꝫ medicis omnibus. Sunt enĩ Eclegmata que fiunt lingendi gratia: non edendi neqꝫ deuorandi hoc eſt cum aliquid in ore tenẽtes paulatim diſtilando ſorbem⁹ απο του εκ και λεγω γινεται εκλεγματα.

Econas.vocant imagines ex membris aliquoruꝫ ſimilitudine exp̃ſſa:inquit Plynius lib.xxiiij. Unde ⁊ econcula diminutiuum.Sue.in Nero.Pro ſummo inquit numine: tribuſqꝫ in die ſacrificijs colere perſeuerauit econcula puellarem. Dicitur etiam Icona ⁊ Iconcula.

Eclipſis latine defectio.eclipticus defectiu⁹.εκλειπω deficio

Ecthlipſis.latine eliſio:Ceſura eſt qua.m.cum vocali eliditur. Ab aliquibus elepſis. A Quintilia. Detractio tranſfertur. υπο εκ και θλιβω.

Ectaſis dici poteſt ꝓductio. Figura eſt qua ſyllaba naturaliter correpta producitur.Ab εκτινω ꝓduco.Dr̃ a nonnullis extaſis.vt Italiam fato profugus.

Ecſtaſis latine ſtupor.grece.εκστασισ Aug. in pſal. ĩterp̃tatione ecſtaſis exceſſum mentis ſignificat.quę fit vel pauore vl̃ aliqua reuelatiõe in q̃ omnes ſancti fuerũt quibus archana dei mundum iſtum excedentia reuelata ſunt:ita vt de eoruꝫ memoria laberentur interna.

Ecloga. electio explanatio ab εκλεγω qđ eſt eligo. Unde et exceptus đr ſicut teſtatur euſebius. li. de eccľ. hiſtoria. neqꝫ ſermonem de capris ſignificat.Tunc enim ęgloga dicitur.

Ectrapeli.q̃ſi horrentes ⁊ auerſati cõeꝫ ⁊ vſitatũ nãe modũ.

Ectropiũ.đr cum inferior palpebra parum ſurſum attollitur ſꝫ pendens hiat:nec cum ſuperiore committitur. Lagophtalmos vo cum ſuperior palpebra non deſcendit.

Ecyra.pe.cor.ſocrus latine diciť. Unde Ter.fabula.Similiter εκυρος ſocer:pr̃ viri.Sunt tamen qui hoc nomen aſpirẽt.

Eculeus vide in dictione equuleus.

E ante D

Edo.es.eſt edi.eſum.vel eſtũ.Dr̃ ⁊ edo.is.it.correpta prima ſyllaba ab εδω quod ſigt̃ veſcor.Uirg.eſt mollis flamma medullis. Infinito eſſe.in paſſiuo edor eris:eſtur p̃terituꝫ eſus. Ply.li.xx.⁊ in ęgypto ꝓp eius amaritudinem nõ eſtur q̃nq̃ edo ſigt̃ cõſumo. Huius ↄpoſita ſunt Adedo qđ ẽ conſumo. Uirg. Nã ſępe fauos ignot⁹ adedit ſtellio.ambedo circũedo Idẽ Ambeſas malis abſumere mẽſas. Comedo:a quo excõmedo.exedo. Obedo. Peredo ⁊ ſuperedo : quę hñt pe. cor. Ab edo deducuntur.eſito.as.⁊ eſurio ⁊ quę ſequũtur.

Edax.accipiť ꝓ vorare ↄſũptore.a quo edarcitas pro ĩgluuie.

Edo.onis.idem quod edax.qui ⁊ Manduco dicitur.

Edeatrę dicti ſunt qui preſunt regijs epulis.

Edilia dñr oĩa que ad eſum pertinent.Gel.quod ex ſalutis vſu foret vt edilia quidem omnia defenderet ab arteria depelleretqꝫ in ſtomachum ⁊ pulmonem.

Edones.pen.cor.ſunt populi Thracię maritimi quanq̃ apud grecos per.ω.ſcribatur.

Edonij ẽt thracię ppľi mediterrãei. Uir. Ac velut edonij borę

Edonus:mons eſt apud eſodẽ ppľos:a quo edoni populi.Edonides mľres bacchãtes q̃ furore diuino agitatę myſteria bacchi celebrabãt, varijs ãt nominib⁹ appellabatur huiuſmodi bacchantes. Nam ⁊ Euantes ⁊ Thyades: ⁊ Mimallonides.⁊ Męnades ⁊ Baſſarides.De his Ouidi. Protinus in ſyluis matres edonidas omnis.

Edeſſa:nomen ciuitatis quo ſignificatur aquarum ĩpetus. Hic Edeſſentes populi. Strab. Trans euphraten eſt bambyce quam Edeſſam ⁊ hierapolim vocant in qua Atergatim ſyriam deam colunt.

Edico.edicis.penul.produ. ſignificat Iubeo pronuncio decerno ⁊ eſt proprie magiſtratuuꝫ. Unde. Edicta quę ſunt conſulum pretorum ⁊ ędilium littere quibus aliquid imperatur. Mandare eſt gerendum aliquid aſſequendumqꝫ committere. Precipere magiſtrorum ſeu magiſtratuum et ſu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN